160

ꝙ modus agentis ꝯuenit nt̄o. qꝛ illud
relatm̄ sui est reciprocū ⁊ habet moduz
pacientis. modus autē pacientis solū ꝯ
uenit obliquis ⁊ nō noīatiuo vt dictum
est iō illud ꝓnomē sui caret nt̄o. Sci
endū ꝑmo ꝙ relatiuū reciprocū potest
sic diffiniri. Est quod ponit subam agē
tem sub modo pacientis. Unde relatm̄
reciprocū refert eandē subam in nume
ro. Ex quo patet ꝙ relatiuū reciprocuz
nō refert suū antecedēs sumptū cuz sua
disposicōe vlī vniuersalr̄. Nā si hoc ...
esset verū sequeret̄ ꝙ idem esset dicere
oīs homo videt omnē hominē Et cum
relatiuū reciprocū supponit pro eodem
in numero sicut suū antecedēs. Et ho
mo in illa ꝓpositione oīs homo videt se
tenet̄ vniuersaliter illō relatm̄ se refert
hoīem vniuersaliter qd̄ est falsuz vt ha
betur in textu. maior est certitudo ꝑ re
latiuū ydēptitatis q̄z ꝑ suū antecedens
positū loco sui. vt cum dr̄ ayax venit ad
troyaz ⁊ ayax fortiter pugnauit. ibi du
biū est vtꝝ sit sermo de eodē ayace ī nu
mero. Sed cū dr̄ ayax venit ad troyam
et idez fortiter pugnauit. manifestū est
ꝙ de eodem ayace in numero sit ibi ser
mo quare maior est certitudo per relati
uū ydemptitatꝭ q̄z ꝑ suū antecedens lo
co sui positū. Sciendum scd̄o ꝙ rela
tiuū reciprocū differt ab alijs relatiuis
tribus moīs. Primo qn̄ antecedēs sig
natū sub modo agentis potest sumi sub
modo pacientis non autem alia. Scd̄o
differunt qꝛ relatm̄ reciprocuz ꝯstruit̄
cū eodez verbo in eadem ꝓposicōe cum
suo antecedente qd̄ cum alijs relatiuis
repugnat. Tercō differunt qꝛ relatiuuz
reciprocuz refert idē ad seipsuz non au
tem alia relatiua. Ex quo sequit̄ ꝙ reci
procacō solum conuenit relatis ydemp
titatis sed non oībus. Cuius racio ē qꝛ
reciprocatio est quedā circularis relacō
eiusdē ad seipsū solū autē relatm̄ ydēp
titatis supponit pro eodem ꝓ quo suuz

aīs quare sibi soluz ꝯuenit reciprocacō
Sciendū tercō ꝙ autor ī textu mouz
dubitacōez q̄ talis est vtꝝ decepcō ꝓue
niēs ex diuersa relacōe sit equiuocacō. l'
alia fallacia pro cuius solucōe autor po
nit tres rōes ꝓbantes ꝙ non sit equiuo
catio. Quare causa breuitatꝭ tm̄ vna di
cetur que talis est. Illud relatm̄ qui sig
nificat substātiaz infinitā que q̄ztum est
de se finitari potest ꝑ quodlibet aīs. g̊ il
lud relatiuū qui quantum est de se vno
noīe et vna ratione indifferēter qd̄li
bet aīs potest referre quare non est eq̄
uocum sed vniuocū. Alie rōes pouūtur
plane in textu. Unde relatm̄ ydemptita
tis substancie indifferens est ad referen
dum illud antecedēs vel illud ꝺm vnū
nomen ⁊ diuersaz rōem referendi licet
ex parte alioꝝ accidentiū ~~va~~ ~~riatur~~ racō / variet(ur)
referendi sicut ratio animalis de se vna
est sed tamen ꝺm ꝙ recipitur in alia ⁊ ī
alia specie est alia et alia ptz ergo ꝙ de
ceptio proueniens ex diuersa relatione
prouenit ex diuersa ordinatione dictio
nis cum dictione que nihil est q̄z nomen
Equiuocatio autem prouenit ex multi
plicitate dictionis simplicis ergo decep
cio proueniens ex diuersa relatione nō
est equiuocatio. Sciendum quarto ꝙ
deceptio proueniens ex diuersa relacōe
non est amphibologia quod sic probat̄
quia vbicumq̄z est amphibologia ibi ē
diuersa con[...]tio vnius dictionis cum
alia. sicut liber arestotilis quantum ad ꝑ
mum modum amphibologie. Et litt⁹
aratur quantum ad secundum. Et scit
seculum ad tercium. Sed vbi est diuer
sa relatio non est diuersa conceptio vni
us dictionis cum alia sed vnius cum di
uersis. ergo deceptio proueniens ex di
uersa relacio non est amphibologia.
Est tamen conpositio vel diuisio. Pro
batur sic. quia omnis deceptio prouenı
ens ex eo ꝙ aliqua dictio potest ad di
uersa referri est conpositio vel diuisio.

x ij

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-220/0319
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG